www.e-rara.ch

Legenda aurea

Jacobus

Basel, 1490

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Ra 38

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-46594

LI. De passione domini.

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

cum eam ſalutaſſet iohãnes in eius vtero
exultauit. Gloſa. Quia lingua nõ poterat
aio exultante ſalutat: ⁊ ſue precurſiõis offi
ciũ inchoat. Fuit aũt in eius obſequio tri/
bus menſibꝫ donec iohãnes naſceret̃: quẽ
manibꝫ ſuis de t̃ra leuauit. ſic̃ ĩ libro iuſto/
rum legit̃. In hac die vt dicit̃ ꝑ multa
tempoꝝ curricula deus multa operatus ẽ
Que quidã egregijs verſibꝫ ſic declarauit
Salue feſta dies q̃ vulnera noſtra coerceſ
Angelus ẽ miſſus: eſt paſſus in cruce xp̃s
Eſt adã factus. ⁊ eodẽ tp̃e lapſus Ob me
ritũ decime: cadit abel fratris ab enſe Of
fert melchiſedech: yſaac ſuppponit̃ aris Eſt
decollatus xp̃i baptiſta beatus. Eſt petrꝰ
ereptus: iacobꝫ ſub herode ꝑemptus. Cor
pora ſanctorũ cum xp̃o multa reſurgunt.
Latro dulce tñ ꝑ xp̃m ſuſcipit amen E
Miles quidã diues ac nobilis ſeculo ab
renũciauit. ⁊ ordinẽ ciſtercienſiũ introiuit.
Et qꝛ litteras neſciebat erubeſcentes mo/
nachi tam nobilẽ perſonã inter laycos de/
putari. dederũt ei magiſtrũ. ſi forte modi/
cũ addiſcere poſſet. ⁊ ſb hac occaſiõe inter
monachos ꝑmaneret. Sed cũ diu cũ ma
giſtro fuiſſet: ⁊ nihil omĩno preter hec duo
vocabula aue maria diſcere potuiſſet hec
tã auide retinuit vt quocũq; ꝺambularet
quicq̃d ageret ea inceſſanter noiaret Tan
dem morit̃ ⁊ in cimiterio cuꝫ alijs fratribꝫ
ſepelit̃. Et ecce ſuꝑ eiꝰ tumulũ ſpecioſũ ex/
creſſit liliũ. ⁊ q̃libet foliũ aue maria litte
ris aureis habebat inſcriptũ. Currentes
oẽs ad tã grãde ſpectaculũ. terrã de tumu
lo effoder̃t. ⁊ radicẽ lilij ꝺ ore defuncti pce/
dere repererũt. Intellexerũt g̃ cũ quanta
deuotione illa duo verba dixerat: quẽ dñs
tanti honore prodigij illuſtrauit. Qui/
dam miles q̃dã in via caſtrũ habebat. ⁊
om̃es tranſeũtes ſine miſeratõe aliqua ſpo
liabat: virginẽ tñ matrẽ dei quotidie ſalu/
tabat: nec pro aliquo impedimẽto emergẽ
ti ab ip̃a ſalutatiõe aliqua die ceſſare vole
bat. Accidit aũt vt quidã vir religioſus ⁊
ſanctus inde tranſitũ faceret. ⁊ ip̃m predi/
ctus miles ꝯtinuo expoliari iuberet. Vir
aũt ſanctus rogauit predones. vt ip̃m ad
dñm ſuũ deducant. qꝛ ad ip̃m habet ſecre
ta q̃ perferat. Adductus aũt rogauit mili/
tẽ vt oẽs de familia ſua ⁊ caſtro ꝯgregari
faceret vt eis ꝟbũ dñi p̃dicaret. cũ ãt ꝯgre
gati fuiſſent ille ait. Nequaq̃ hic eſtis oẽs
ſed aliquis adhuc deeſt. Cui cum om̃es ſe
ibidẽ eſſe aſſererẽt aiebat. Diligenter per/
quirite. ⁊ aliquẽ inuenietis abeſſe. Tunc
vnus exclamãs dixit: q̃m ſolus camerariꝰ
illuc nõ veniſſet. Ille aũt dixit: Vere ip̃e ẽ
q̇ ſolus deeſt. Pro eo igit̃ cito mittit̃ ⁊ ĩ me
diũ deducit̃. Cum aũt virũ dei vidiſſet. re/
uolutis terribiliter oculis caput inſtar in/
ſani agitabat: nec ꝓpius accedere audebat
Vir aũt ſanctus dixit ei. Adiuro te ꝑ no/
men dñi noſtri ieſu xp̃i: vt q̇s ſis nob edi/
ſeras ⁊ ob quã cãm huc venerꝫ palã pãdaſ
Cui ille r̃ndit. Heu adiuratus prodere co
gor inuitus. Ego em̃ nõ ſum hõ ſed demõ
q̇ formã hoĩs accepi. ⁊ quartuordecim an/
nis cũ hoc milite ſic permãſi. Nam noſter
princeps me huc miſit vt diem qua hic ſue
marie ſalutationẽ nõ diceret diligẽtius ob
ſeruarẽ vt in eũ poteſtate accepta ip̃m ꝯti
nuo ſtrangularẽ. ⁊ ſic in malis operibꝫ vi/
tam finiẽs noſter eſſet. Quacũq; em̃ die il
lam ſalutationẽ dicebat. in eum poteſtateꝫ
habere nõ poterã. Ecce aũt de die in diem
diligentius obſeruauit ⁊ nullũ diẽ quin eã
ſalutauerit pretermiſit. Hec miles audi/
ens vehemẽter obſtupuit. ⁊ ad pedes viri
dei ſe proijciens veniã poſtulauit: ⁊ in me/
lius deinceps vitã mutauit. Vir aũt ſan/
ctus dixit demoni. Precipio tibi demõ in
noie dñi noſtri ieſu xp̃i vt hinc abſcedas ⁊
talem hactenus locũ poſſideas: vbi nulli
glorioſam dei genitricẽ inuocãti nocere p̃/
ſumas. Hec vbi iuſſa dedit demon abſce
dens euanuit. Et miles virũ ſanctũ cũ re/
uerentia ⁊ gratiarũactione liberum abire
permiſit.

LI A

De paſſione domini.

Paſſio chriſti fuit ex do
lore amara. ex illuſiõe deſpecta.
⁊ ex vtilitate multiplici fructuo/
ſa. Dolor aũt cauſa bat̃ ex q̇nq;. Primo ex
eo q̄ ip̃a paſſio fuit ignomioſa. ⁊ hoc ꝓpter
ignomioſum locũ qꝛ in caluaria vbi male
factores puniebant̃. Propter ignomioſuꝫ
ſupplicium: qꝛ morte turpiſſima ꝯdemnatꝰ
eſt. Crux em̃ ſuppliciũ erat latronũ. Et li/
cet crux tunc eſſet multe ignominie: nunc ẽ

ſimmenſe glorie. Unde Auguſtin⁹. Crux que erat ſupplicium latronū. nūc tranſit ad frontes imperatorꝫ Si tm̄ honorē deus cō tulit ſupplicio ſuo q̄d ꝯferet ſeruo ſuo. Pro ter ignomioſum ꝯſortiū. qꝛ cū ſceleratiꝫ de⸗ putatus eſt. i. cū latronib⁹ q̄ p̄mo erant ſce lerati. ſʒ poſtea vnus ꝯuerſus eſt. ſ. diſmas q̄ erat a dextris ſicut dı̄ in euāgelio nicho⸗ demi. ⁊ alius dānatus. ſ. geſmas q̄ erat a ſi niſtris. Uni ḡ dedit regnū alteri ſuppliciū Ambroſius. Autor pietatis in cruce pen⸗ dens in ſingulis negociis pietatis officia diuidebat. perſecutionē ap̄lis. pacē diſci⸗ pulis. corpus iudeis. crucifixorib⁹ veſtimē ta. patri ſpiritū. virgi paranimphū. latro⸗ ni paradiſum. pctōrib⁹ infernū. crucē xp̄ia nis penitētib⁹ ꝯmēdabat. Ecce teſtamen⸗ tū qd̄ fecit xp̄s in morte pendens in cruce.

Scd̄o ex eo ꝙ fuit iniuſta: qꝛ pctm̄ non fecit. ⁊ non eſt inuentus dolus in ore eius. ⁊ ideo q̄ venit indigne pena dolēda venit De trib⁹ eñ iniuſte precipue eū accuſabāt videlicet quia tributuʒ reddi prohibebat qꝛ ſe regē dicebat. ⁊ qꝛ ſe filiū dei faciebat. Cōtra has tres accuſatōes dicim⁹ in para ſceue ī p̱ſona ſaluatorꝫ tres excuſatōes Po pule me⁹ q̄d feci tibi ⁊c̄ vbi exp̱brat xp̄ſ tria bñficia eis collata. ſ. liberationē ab egypto regimē in deſerto. plantationē vinee in lo⸗ co optimo. quaſi dicat xp̄s. Accuſas me d̄ redditiōe tributi potius gratias agere de⸗ beres: qꝛ liberaui te a tributo Accuſas me qꝛ dixi me regē potius deberes gr̄as agere qꝛ regaliter paui te in deſerto Accuſas me qꝛ me filiū dei dixi. potius deberes gr̄as a gere qꝛ te in vineā meā elegi. ⁊ in loco opti mo plantaui. Tertio ex eo ꝙ fuit ab a⸗ micis. tolerabilior ei eēt dolor ſi pateref ab his q̄ aliqua de cauſa deberēt eſſe eius ini mici. vel ab his q̄ eſſent alieni vel extranei vl̄ ab his q̄b⁹ aliq̄ incōmodaītuliſſet. ſʒ tm̄ patif ab amicis. id eſt ab his q̄ deberēt eſſe ſui amici. Itē a proximis. i. ab his de quo ⸗ r. ī ſtirpe natus eſt De his duob⁹ dı̄ i pſal. Amici mei ⁊ proximi mei. Job. XXX. No ti mei quaſi alieni receſſerunt a me. Item ab his quib⁹ multa bona ꝯtulerat. Johā⸗ nis octauo. Multa bona operatus ſum eis. Bernardus. O bone ieſu ꝙ̄ dulciter cum hominib⁹ cōuerſatus es. ꝙ̄ magna ⁊ abundantiſſima eis largitus es. ꝙ̄ dura ⁊ aſpera pro eis paſſus es. dura verba. du⸗ riora verbera. duriſſima crucis tormenta.

Quarto ratiōe teneritudinis corporis. Unde in figura dauid dicif de eo. II. Re⸗ gum penultimo. Ip̄e eſt quaſi tenerrim⁹ ligni vermiculus. Bern̄. O iudei lapides eſtis lapidē percutitis molliorē. de quo re⸗ ſonat tinnitus pietatis. ⁊ ebullit oleū cari⸗ tatis. Item Hieronymus. Traditus eſt ieſus militib⁹ verberandus. ⁊ illud ſacra⸗ tiſſimū corpus pectuſq̄ȝ dei capax flagella ſecuerūt. Quinto ex eo ꝙ fuit vniuerſa⸗ lis. quia per om̄es partes ⁊ om̄es ſenſus.

Primo em̄ fuit hic dolor in oculis. quia lachrymat⁹ eſt ſicut dicif hebreo. V. Bern̄. Aſcendit in altū vt longius audiref. forti⸗ ter clamabat. vt nullus excuſaref clamori lachrymas addidit. vt homo cōpateretur Alias etiā bis lachrymas fudit. ſcʒ in re⸗ ſurrectiōe lazari. ⁊ ſuper hieruſalē. Itaq̄ȝ prime lachryme fuerunt amoris. Unde ⁊ quidā cum vidiſſent eū lachrymantē dixe runt. Ecce quomodo amabat eū. Scd̄e fu erunt ꝯpaſſiōis. Sed he tertie fuerūt dolo ris. Scd̄o fuit in auditu cū ei. ſcʒ oppro bria ⁊ blaſphemie irrogate ſunt. Chriſtus em̄ ſpecialiter quatuor habuit in quib⁹ ob probria ⁊ blaſphemias audiuit. Habuit ei excellentiſſimā nobilitatē. qꝛ quantū ad diuinā naturā fuit eterni regis filius. ⁊ q̄n tum ad humanā de regia ſtirge genitus. ita ꝙ etiā inquantū homo. fuit rex reguʒ ⁊ dn̄s dn̄antiū. Habuit ineffabilē veritatē. qꝛ ip̄e eſt via veritas ⁊ vita. Un̄ de ſe iterꝫ dicit. Sermo tuus veritas ē. Filius em̄ eſt ſermo ſiue verbū patris Habuit inſupera bilē poteſtatē. qꝛ om̄ia per ip̄m facta ſunt. ⁊ ſine ip̄o factū eſt nihil. Habuit inſuper ſingularē bonitatē. qꝛ nemo bonus niſi ſo⸗ lus deus. In his xp̄s audiuit opprobria ⁊ blaſphemias. Primo quidē quo ad nobi⸗ litatē. Matth. XIII. Nōne hic eſt filius fabri. Nōne mater eius dicif maria. ⁊c̄ Scd̄o q̄ ad poteſtatē. Matth. XII. Hic nō eiicit demonia niſi in beelzebub p̄ncipe demoniorꝫ. Itē matth. XXVII. Alios ſal⸗ uos fecit ſeip̄m nō poteſt ſaluū facere. Ec⸗ ce dicunt ip̄m impotentē. cum tm̄ adeo p̱o tens extitit ꝙ perſecutores ſuos ſola voce proſtrauit. Nā cum interrogaſſet. quē que ritis. ⁊ illi reſpondiſſent. ieſum nazarenuʒ.

rpe dixiſſet. ego ſum. Ʒrinuo ceciderūt in terrā. Aug⁹. Una vox turbā odijs plenā ⁊ ferocē. armiſ terribilē ſine vllo telo pcuſſit repulit. ſtrauit. virtute latētis diuinitatis. Quid iudicatur⁹ faciet. q̄ iudicādus hoc fecit. q̄d regnaturus poterit. q̄ moriturus hoc potuit. Tertio q̄ad veritatē. Joh. VIII. Tu de teipo teſtimoniū perhibes. teſtimoniū tuū nō eſt verū. Ecce qꝛ dicūt eū mendacē. cum tñ ipe ſit via veritas ⁊ vita Hāc veritatē pilatus ſcire vel audire nō meruit. qꝛ ipm ꝟm veritatē nō iudicauit. Inchoauit quippe iudiciū a veritate. ſed i veritate nō permāſit ⁊ ideo de veritate q̄ſtionē meruit ichoare ſꝫ ñ meruit ſolutōnē audire. Alia rō eſt ꝟm aug⁹. quare ſolutionē nō audiuit. qꝛ cū illā queſtionē feciſſet ſubito venit illi in mentē ꝯſuetudo iudeoꝝ q̄ ſolebat vnus dimitti in paſca. ⁊ ideo ſtatim exijt. ⁊ ſolutionē nō expectauit Tertia rō eſt ꝟm chriſo. qꝛ ſciebat q̄ queſtio tam difficilis indigebat multo tpe ⁊ multa diſcuſſiōe. ⁊ ipe ad liberationē xp̄i ꝑerabat. ⁊ ideo ſtatim exiuit. Legiꝭ tñ in euāgelio nicodemi q̄ cū pilatus ieſuꝫ interrogaſſet. q̄d eſt veritas. ieſus ei r̄ndit. Ueritas d̄ celo eſt. Et pilatus. In terris nō eſt veritas. Dicit ei ieſus. Quō poteſt veritas eſſe in terris. q̄ iudicaꝭ ab his q̄ poteſtatē habent in terris. Quarto q̄ad bonitatē. Dicebāt eīn ipſum eſſe peccatorē in corde. Joh. IX. Nos ſcimus qꝛ hic hō peccator eſt. Seductorē in ſermōe. Lu. XIII. Cōmouit ppl'm docēs p vniuerſam iudeā. incipiēs a galilea vſq; huc. Legis p̄uaricatorē in opere. Joh. IX. Nō eſt hic hō a deo q̄ ſabbatū nō cuſtodit. Tertio fuit in odoratu qꝛ magnū fetorē ſentire potuit i loco caluarie vbi erāt corpa fetida mortuoꝝ. Uñ dꝛ in ſcolaſtica hyſtoria q̄ caluaries ꝓprie eſt os capitis humani nudū. Unde ⁊ qꝛ ibi decolbanꝭ rei. ⁊ multa oſſa capituꝫ ibi aſperſa erāt. dicebaꝭ caluarie locus vel caluariūꝫ.

Quarto fuit in guſtu. Uñ cū clamaret ſitio. dederūt ei acetū cū mirrha ⁊ felle mixtū vt ex aceto citi⁹ moreteꝭ. ⁊ ipi cuſtodes a cuſtodia citius liberarenꝭ. dꝛ eīn crucifixos citius mori ſi acetū bibāt. ⁊ ex mirrha pateteꝭ olfactus ⁊ ex felle guſtus. Auguſt. Pro mero repleꝭ ſinceritas aceto. inebriaꝭ felle dulcedo. adijciꝭ innocentia reo. moriꝭ vita ꝓ mortuo. Quinto fuit in tactu. qꝛ in omībꝫ partibꝫ corpis a planta pedis vſq; ad verticē nō fuit in eo ſanitas. de hoc aūt qualiter in oībꝫ ſenſibꝫ dolorē habuit dicit Berñ. Caput angelicis tremēdū ſpiritibꝫ denſitate ſpinaꝝ pungiꝭ. facies pulcra p̄ filijs hoīm ſputis iudeoꝝ deturpaꝭ. oculi lucidiores ſole caligāt i morte: aures q̄ audiūt angelicos cantus audiūt pctōꝝ inſultus. os qd̄ docet angelos felle ⁊ aceto potaꝭ. pedeſ quoꝝ ſcabellū adoraꝭ qm̄ ſanctum eſt cruci clauo affigunꝭ. man⁹ q̄ formauerūt celos ſunt in cruce extenſe ⁊ clauis affixe. corpus verberaꝭ. latus lancea pforaꝭ. Et q̄d plura. Nō remanſit in eo niſi lingua vt pro pctōribꝫ exoraret. ⁊ matrē diſcipulo ꝯmēdaret. B Scd̄o eius paſſio fuit ex illuſiōe deſpecta. Quattuor eīn vicibꝫ fuit ſibi illuſum Primo in domo anne vbi recepit ſputa. alapas. velationē oculoꝝ. Berñ. Uultū tuū bone ieſu deſiderabilē in quē deſiderāt angeli pſpicere ſputis inqnauerūt. manibꝫ pcuſſerūt. velo ꝓ deriſiōe operuerꝭ. nec amaris vulneribꝫ pepercerūt. Scd̄o in domo herodis q̄ euꝫ fatuū ⁊ nō ſane mētis eſtimās. ex eo q̄ nullū ab eo r̄nſum hr̄e potuerat. ꝓ deriſiōe eū veſte alba induit. Berñ. Tu hō es ⁊ hēs ſertū de floribꝫ. ⁊ ego d̄s ⁊ hēo coronā d̄ ſpinis. Tu habes cyrothecas i manibꝫ ⁊ ego hēo clauos d̄fixos Tu i albis veſtibꝫ tripudiaſ ⁊ ego ꝓ te deriſus fui ab herode i veſte alba. Tu tripudias cū pedibꝫ. ⁊ ego laborauī cū meis pedibꝫ Tu i choreis brachia extēdis i modū crucis i gaudiū. ⁊ ego ea i cruce extēſa habui i opprobriū. Ego i cruce dolui. ⁊ tu i cruce exultas. Tu hēs lat⁹ aptū ⁊ pect⁹ in ſignū vane gl'e. ⁊ ego latus effoſſuꝫ habui ꝓ te. tñ reuertere ad me ⁊ ſuſcipiā te. Sꝫ q̄re dñs tpe ſue paſſiōis corā herode pilato ⁊ iudeis ſic tacebat. H⁹ triplex ē rō. Pria rō eſt. qꝛ nō erāt digni audire ſuā r̄nſionē. 2a. qꝛ eua peccauerat p loq̄citatē. ⁊ iō xp̄s voluit ſatiſfacerꝭ p taciturnitatē. 3a qꝛ q̄cq̄d r̄ndebat totū calūniabāꝭ ⁊ deprauabāt Tertio i domo pilati. vbi milites clamidē coccineā circūdederꝭ ei arundinē i manu dederꝭ. ⁊ coronā ſpineā ſuper caput ei⁹ poſuerꝭ. ⁊ genu flexo dicebāt.

Aue rex iudeoꝝ. Illa aũt ſpinea corona di
cit̃ fuiſſe de iuncis marinis: quoꝝ acies nõ
minus ſpina eſt dura ⁊ penetratiua. Vnď
⁊ ſanguinẽ de capite credit̃ illa corona ſpi/
nea extraxiſſe. Vnde Bern̄. Caput illud
diuinũ multiplici ſpinaꝝ denſitate vſqꝫ ad
cerebrũ ꝯfixũ eſt. De aĩa ſunt tres opiões
vbi ſcꝫ aĩa principalẽ habeat ſedẽ ſcꝫ vel
in corde ꝓpter illud. De corde exeunt cogi/
tatiões male. ⁊c̃. Vel in ſanguine ꝓpter il
lud leuitici. Aĩa oĩs carnis in ſanguine ẽ.
Vel in capite ꝓpter illud. Et inclinato ca/
pite tradidit ſpm̃. ⁊c̃. Hanc triplicẽ opio/
nem iudei ip̃o facto vident̃ ſciuiſſe. Nam
vt eius aĩaꝫ a corpore euellerẽt queſierũt
ip̃am in capite. cũ ſpinas vſqꝫ ad cerebruꝫ
infixerunt. Queſierũt in ſanguine. cũ eius
venas in manibꝫ ⁊ pedibꝫ aperuerũt. Que
ſierũt in corde: cũ eius latus perforauerũt
Contra has tres illuſiões in paraſceue p̄/
mittimus ante reuelationẽ crucꝫ tres ad/
orões dicẽtes. Agyos. ⁊c̃. quaſi ter ado/
rantes ter illuſum ꝓpter nos. Quarto ĩ
cruce. Math. XXVII. Principes ſacer/
dotũ illudentes eum cũ ſenioribꝫ ⁊ ſcribis
dicebãt. Si rex iſrael eſt deſcendat nũc de
cruce ⁊ credimus ei. Bern̄. ſuꝑ hunc locũ.
Interim patientiã magis exhibet. humi/
litatẽ ꝯmendat. obedientiã implet. carita
tẽ perficit. In his nẽpe virtutũ gẽmis q̃t/
tuor crucꝫ cornua ornãt̃: ⁊ ſuꝑeminẽtior ca
ritas: a dextꝫ obediẽtia: a ſiniſtrꝫ patiã: ra/
dix oĩm ꝟtutũ hũilitas ĩ ꝓfundo. hec oĩa q̃
xp̃s paſſus eſt Bern̄. breuiter recolligit di
cens. Memor ero q̃ꝫdiu vixero laborum
q̊s ꝑtulit in predicãdo fatigationũ in diſ/
currendo: vigiliaꝝ in orando: temptationũ
in ieiunãdo: lachrymaꝝ in ꝯpatiẽdo: inſi/
diaꝝ in colloquẽdo: poſtremo ꝯuicioꝝ ſpu
torũ: collaphoꝝ ſubſannationũ: clauoꝝ ex
probrationũ. ¶ Tertio. paſſio eiꝰ fuit
vtilitate multiplici fructuoſa. Cuius vti/
litas poteſt eſſe triplex. ſcꝫ pctõꝝ remiſſio.
grẽ collatio. ⁊ glorie exhibitio. Et hec tria
notant̃ in titulo crucis. q2 ieſus q̊ ad p̄mũ
nazarenꝰ quo ad ſcd̃m. rex iudeoꝝ quo ad
tertiũ. q2 ibi erimus oẽs reges. De eiꝰ vti/
litate dicit Augꝰ. Culpã deleuit xp̃s pre/
ſentẽ p̃teritã ⁊ futurã. Preterita pctã tulit
ea remittẽdo. p̃ñtia hoĩes ab eis retrahen
do. futura gratiã qua vitarent̃ ꝯferendo.
De eiꝰ ẽt vtilitate dicit augꝰ Admiremur
gratulemur amemus laudemus adore/
mus q̃m ꝑ redemptoris nr̃i mortẽ. de tene
bris ad lucẽ. de morte ad vitã. ď corruptio
ne ad incorruptionẽ. de exilio ad patriã. ď
luctu ad gaudiũ vocati ſumus. Quaꝫ
vtilis aũt modus redemptiõis nr̃e fuerit
patet ex quattuor rõnibꝫ videlicet. q2 fuit
acceptiſſimꝰ ad placandũ deũ. ꝯgruentiſſi
mus ad curandũ morbũ. efficaciſſimꝰ ad
attrahendũ genus humanũ. prudẽtiſſimꝰ
ad expugnãdũ humani generis inimicũ.

Primo ḡ fuit acceptiſſimꝰ ad placandũ
⁊ reconciliandũ deũ. q2 ſicut dicit anſhel. ĩ
libro. Cur deus hõ. Nihil aſperius ⁊ diffi
cilius põt hõ pati ad honorẽ dei ſponte et
nõ ex debito q̃ꝫ mortẽ. Et nequaq̃ꝫ magis
hõ põt ſe dare deo q̃ꝫ cuꝫ ſe morti tradit ad
honorẽ ip̃ius. Et h̊ eſt qď dr̃ eph. V. Tra/
didit ſemetip̃m oblationẽ ⁊ hoſtiaꝫ deo in
odorẽ ſuauitatis. Qualiter aũt fuit ſacri/
ficiũ nos deo placãs ⁊ reconciliãs dicit au
guſtinus de trinitate. Quid tã grate ſuſci/
pi poſſet q̃ꝫ caro ſacrificij noſtri corpus effe
ctũ ſacerdotꝫ nr̃i. Vt q̃m q̃tuor ꝯſiderant̃
ĩ oĩ ſacrificio. cui offerat̃: q̇d offerat̃. ꝓ q̇bꝫ
offerat̃ ⁊ q̇s offerat. idẽ ip̃e vnꝰ vtriuſqꝫ me
diator ꝑ ſacrificiũ pacꝫ recõciliãs nos deo
vnũ cum ip̃o maneret cui offerebat vnũ in
ſe faceret pro quibꝫ offerebat. vnus ip̃e ẽet
q̇ offerebat ⁊ qď offerebat̃. De h̊ aũt ẽt
qualiter ꝑ xp̃m ſumus recõciliati dicit idẽ
augꝰ. q2 xp̃s eſt ſacerdos ⁊ ſacrificiũ. deus
⁊ templũ. Sacerdos ꝑ quẽ ſumus recõci/
liati. ſacrificiũ q̊ ſumus recõciliati. ďs cui
ſumus recõciliati. templũ in quo ſumꝰ re/
cõciliati. Vnde quibuſdã hanc recõcilia
tionẽ paruipendẽtibꝫ. augꝰ in ꝑſona xp̃i ex
probrat dicẽs. Cũ eſſes inimicus p̄ri meo
recõciliaui te ꝑ me. cũ eſſes longe ego veni
vt redimerẽ te. cũ inter oẽs mõtes ⁊ ſiluas
errares queſiui te inter lapides ⁊ ligna in/
ueni te. ⁊ ne lupoꝝ feraꝝqꝫ rapido ore lani
areris collegi te. humeris meis portaui te
patri meo reddidi te. laboraui ſudaui ca/
put meũ ſpinis oppoſui. manus meas cla
uis obieci. lancea latus aperui. tot nõ dicã
iniurijs. ſed aſperitatibꝫ laniatus ſum ſan
guinẽ meũ fudi. aĩam meã poſui vt ꝯiun/

gerē te michi ⁊ tu diuiſeris a me. ¶
Scđo fuit ꝯgruētiſſimꝰ ad curandū mor/
bū. Congruitas aūt attendit̄ ex parte tp̄is
ex parte loci. ex parte modi. Ex parte tp̄is
q̄ꝛ adā factus fuit ⁊ peccauit in mēſe mar
tio feria ſexta ⁊ hora ſexta. ⁊ ideo xp̄s pati
voluit in martio. q̄ꝛ in die qua fuit annun
tiatus fuit ⁊ paſſus. Itē in feria ſexta ⁊ ho
ra ſexta. Scđo ex parte loci. qm̄ locus ſue
paſſiōis tripliciter ꝯſiderat̄. ſ. aut ꝯmunis
aut ſpecialis aut ſingularis. Locus cōis
fuit terra ꝓmiſſiōis. ſpecialis caluarie locꝰ
ſingularis crux. In loco aūt cōmuni ꝓ/
mus hō fuit formatus. q̄ꝛ i partibꝫ illis iu/
xta damaſcū i agro damaſcēo dr̄ fuiſſe for/
matus In loco ſpeciali fuit ſepultus. q̄ꝛ ibi
dem vbi xp̄s paſſus eſt. adam dr̄ fuiſſe ſe/
pultus. licet autenticū nō ſit. cū ſm hiero/
nymū adā in ebron mōte ſepultus fuerit.
ſicut etiā ioſue. XIIII expreſſe habet̄ In lo
co ſingulari fuit deceptꝰ nō q̄ in illo ligno
in quo xp̄s paſſus eſt adā fuit deceptus ſꝫ
pro tanto dicit̄. q̄ꝛ ſicut adā deceptus fuit
i ligno ita xp̄s paſſus fuit in ligno In qua
dam tm̄ hyſtoria grecoꝝ dicit̄ q̄ in eodem.
Tertio ex parte modi curandi. qui quidē
modus fuit ꝑ ſimilia ⁊ ꝑ ꝯtraria. Per ſimi
lia qm̄ ſicut dicit augꝰ in libro de doctrina
xp̄iana. Per feminā deceptus. per feminā
natus. Homo hoies. mortalis mortales.
morte mortuos liberauit. Ambroſiꝰ. Ex
terra virgine adā. xp̄s ex virgine. Ille ad
imaginē dei. hic imago dei. Per mulierē
ſtulticia. ꝑ mulierē ſapia Nudꝰ adā nudus
xp̄s. mors per arborē vita ꝑ crucē. i deſerto
adā i deſerto xp̄s Per ꝯtria. qm̄ ꝑmꝰ hō ſm
gregm peccauerat ꝑ ſuperbiā inobediētiā ⁊
gulam. Voluit em̄ aſſimulari deo per ſciē
tie ſublimitatē. tranſgredi precepti dei li/
mitē. ⁊ guſtare pomi ſuauitatē. Et qm̄ cu/
ratio habet fieri per ꝯtrariū. ideo iſte mo/
dus ſatiſfaciendi ꝯgruētiſſimus fuit. quia
fuit per humiliationē. diuine volūtatis im
pletionē ⁊ afflictionē. De his tribꝫ ad phi
lipenſes. II. Humiliauit ſemetipm̄ quo
ad primū. factus obediens. quo ad ſcđm.
vſq ad mortē. quo ad tertiū. ¶ Ter
tio fuit efficaciſſimus ad attrahendū genꝰ
humanū Nunquid em̄ ſaluo libertatis ar
bitrio magis ad amorem ſuū ⁊ fiduciā ge
nus humanū attrahere potuit. Qualiter
autē per hoc ad amorē nos attrahat dicit
Bern̄. Super oīa reddit te amabilē bo
ne ieſu calix quē bibiſti opus redemptio/
nis noſtre. Hoc omino amorē noſtrū faci/
le vendicat totū tibi. hoc eſt quod noſtrū
amorē ⁊ blandius allicit. ⁊ iuſtius erigit ⁊
citius ſtringit ⁊ vehemētius afficit. Etem̄
vbi te exinaniſti vbi te naturalibus radijs
exuiſti. ibi pietas magis emicuit. ibi cari/
tas plus euulſit. ibi gratia amplius radia
uit. Qualiter aūt ad fiduciā dicit̄ ro VIII
Qui etiā ꝓprio filio ſuo nō pepercit ſꝫ pro
nobis oībꝫ tradidit illū. quomō nō etiā
oīa cū illo nobis donauit. De hoc etiam
Bern̄. Quis nō rapiat̄ ad ſpem impetrā
di fiduciā. q̄ eius attēdit corporis diſpo/
ſitionē videlicet caput inclinatū ad oſculū
brachia extenſa ad amplexū. manus per/
foratas ad largiendū. latus apertū ad di/
ligendū. pedū affixionē ad nobiſcū cōma/
nendū. corporis extenſionē ad ſe totū no/
bis impendendū ¶ Quarto fuit pru
dentiſſimus ad expugnandū humani ge/
neris inimicū. Job. XXVI Prudētia eius
percuſſit ſuperbū. Et vltimo. Nunq̄d po/
teris capere leuiathan hamo. Xp̄s em̄ ha/
mū ſue diuinitatis abſconderat ſb eſca hu
manitatis. Et diabolus capere volēs eſcā
carnis. captus ē ab hamo diuinitatis. De
hac prudēti captiōe dicit augꝰ. Venit re/
demptor ⁊ victus eſt deceptor. Et quid fe
cit redemptor captiuatori noſtro. Teten/
dit muſcipulā crucē ſuā. poſuit in ea eſcā
ſanguinē ſuū. Ipe aūt voluit fundere ſan/
guinē nō debitoris ꝓpter qđ receſſit a debi
toribꝫ. Huiuſmodi debitū apoſtolus vo/
cat cyrographū qđ quidē xp̄s tulit ⁊ cru/
ci affixit. De quo cyrographo dicit augꝰ.
Eua pctm̄ a diabolo mutuauit. cyrogra/
phū ſcripſit. fideiuſſorē dedit. ⁊ vſura po/
ſteritati creuit. Tunc em̄ a diabolo pctm̄
mutuauit. qn̄ ꝯtra preceptū dei. ſue praue
iuſſiōi vel ſuggeſtiōi ꝯſenſit. cyrographū
ſcripſit. qn̄ manū ad pomū vetitū porrexit
fideiuſſorē dedit. quando adā peccato cō/
ſentire fecit. ⁊ ſic vſura peccati poſteritati
creuit. Contra igit̄ ꝯtemnētes hanc re/
demptionē qua nos de inimici poteſtate
reduxit. Bern̄. exprobrando dicit in perſo

na xp̄i. Populе meus ait dn̄s. quid tibi fa
cere potui ⁊ nō feci. Quid cauſe eſt ꝙ ini/
mico meo magis libet ſeruire ꝗ̄ mihi: nec
ille creauit vos ſꝫ nec paſcit. Si parua hec
videnꝰ ingratis nō ille ſed ego redemi vos
Quo precio Nō vtiq̄ꝫ auro corruptibili vł
argento. nō ſole aut luna. nō ſaltē angeloꝝ
aliquo. ſed ꝓprio vos cruore redemi. Cete/
rum ſi neq̄ꝫ tā multiplici iure debitū eſt a
vobiſ elicere famulatū. obmiſſis omibꝰ me
cum ſaltē ex denario diurno ↄuenite Et
q̄ꝛ in mortē xp̄m tradiderūt. iudas ꝑ aua/
riciā. iudei ꝑ inuidiā. pilatus ꝑ timorē. lō
videndum eſſet de pena a deo his inflicta
merito huius peccati. Sed de pena ⁊ ori/
gine iude inuenies in legenda ſancti mat/
thie. de pena ⁊ excidio iudeoꝝ ī legenda ſcī
iacobi minoris. De pena aūt ⁊ origine pi/
lati in quadā hyſtoria licet apocriſa ſic le
giꝰ. Fuit quidā rex noīe tirus. qui
quandā puellā noīe pilā filiā cuiuſdā mo
lendinarij noīe atus carnaliter cognouit. ⁊
de ea filiū generauit. Pila aūt ex noīe ſuo
⁊ noīe patris ſui qui dicebaꝰ atus. vnū no
men ↄpoſuit ⁊ nato puero impoſuit nomē
pilatus. Cum aūt pilatus tres annos ha
beret ip̄m pila ad regē tranſmiſit. Habe/
bat aūt rex filiū de regina ↄiuge ſua q̇ fere
pilato coetaneus videbaꝰ. Iſti dū annos
diſcretiōis attigiſſent. ſepius luctamie pu
gna ⁊ funda ad inuicē colludebant. Sed
regis legitimus filius vt genere erat nobi
lior ſic in omi loco pilato inueniebaꝰ ſtre/
nuior. ⁊ omi genere certaminis aptior. Ob
hoc pilatus inuidie liuore ↄmotus: ⁊ fel/
leo dolore ſtimulatus fratrē ſuuꝫ latenter
occidit. Quod rex audiens vehemēter do
luit ⁊ ↄciōe ↄuocata quid de ſcelerato ⁊ ho
micida faciendū ſit filio requiſiuit. Qui cū
omes reū mortis eſſe vnanimiter acclama
uerunt. Rex aūt ad ſe reuerſus. iniquitatē
iniquitate noluit duplicare. ſꝫ ip̄m pro tri/
buto qđ annuatim debebat romanis ſobſi
dem miſit. tū volens inoxius eſſe ab occiſio
ne filij: tū a tributo romanoꝝ cupiēs libera
ri. Tunc ei tp̄is erat rome filiꝰ regis fran/
cie. quē ſimiliter rex miſerat romā pro tri/
butis. Huic pilatus aſſociatus cum ſe ab
eo moribꝰ ⁊ induſtria precelli videret eum
inuidie ſtimulis agitatus occidit. Sed cū

romani quid de eo faciendū eſſet inquire/
rent dixerūt. Hic ſi ſuperuixerit q̇ fratrē
necauit. obſidē iugulauit. reipublice pluri
mū vtilis erit. ⁊ colla ferociū hoſtiū ferox
ip̄e domabit. Dixerūt ergo. Cum reus mor
tis habeaꝰ in pontos inſulā gentibꝰ illis q̄
nullū patiunꝰ iudicē. iudex perficiaꝰ. ſi for
te eius nequicia ipoꝝ ↄtumacia edomeꝰ ſi
nō qđ meruit patiaꝰ. Miſſus igiꝰ pilatus
ad gentē ferocē ⁊ ſuoꝝ iudicū peremptricē
nō inſcius ad quos miſſus ſit. ⁊ ꝗ̄ pendu/
la vite ſue ſententia. tacite rem ↄſiderans
vitā ſeruare voluit. ⁊ gentē neq̄ꝫ ip̄e minis
⁊ promiſſis ſupplicio ⁊ precio penitus ſub
iugauit. Qui igiꝰ tam dure gentis victor
extitit. a pontos inſula pōtius pilatus no
men accepit. Herodes aūt hominis illius
induſtriā vt audiuit. verſutijs eius ↄgau/
dens. ip̄e verſutus eum ad ſe muneribꝰ ⁊
internuncijs inuitauit. ⁊ ſuper iudeā ⁊ hie
ruſalem poteſtatē ⁊ vicem ſuā ei tradidit
Qui cum pecuniā innumerabilē ↄgregaſ
ſet. neſciēte herode romā adijt. ⁊ infinitā pe
cuniā tiberio imperatori obtulit. ⁊ ab eo ſi/
bi dari qđ ab herode tenebat muneribus
impetrauit. Huiuſcemodi cauſa facti ſūt
inimici pilatus ⁊ herodes quo ad vſq̄ꝫ tē/
pore paſſionis dn̄i eum ſibi recōciliauit. eo
ꝙ dn̄m ad ſe miſit. Alia cauſa inimicicie
aſſignaꝰ in hyſtoria ſcolaſtica. Quidā em̄
ſe filiū dei faciens multos de galileis ſedu
xerat. quos cum in garizim deduxiſſet vbi
dixerat ſe aſcenſurū in celū ſuperueniēs pi
latus ip̄m cum omibꝰ occidit. timēs ne ſi/
militer iudeos ſeduceret. Ob hoc facti ſūt
inimici. q̄ꝛ herodes preſidebat galileis. Et
vtraq̄ꝫ cauſa potuit eſſe vera. Cum aūt
pilatus dn̄m iudeis crucifigendū tradi/
diſſet. timēs tn̄ offenſam tiberij ceſaris. eo
ꝙ ↄdemnaſſet ſanguinē innocentē. quēdā
ſibi familiarē pro ſui excuſatiōe ad ceſarē
deſtinauit. Interea cū tiberius morbo gra
ui teneretꝰ. nūciaꝰ eidē ꝙ hieroſolimis q̇dā
medicus eſſet. q̇ omes morbos ſolo verbo
curaret. neſciēs ꝙ eum pilatus ⁊ iudei occi
diſſent. Dixitq̄ꝫ voluſiano ſibi ꝑuato. Va
de citius trans partes marinas diceſq̄ꝫ pi
lato vt hunc medicū mihi mittat q̇ me pri
ſtine ſanitati reſtituat. Cum aūt ille ad pi
latū veniſſet. ⁊ mandatū imperatoris ex/

poſuiſſet eidē. territ⁹ pſlatus. XIIII. dierū
inducias poſtulauit Infra qd̄ ſpaciū dum
voluſianus quandā matronā q̄ fuerat fa/
miliaris ieſu noīe veronicā vbi nā xp̄s ie/
ſus inueniri poſſet interrogaſſet ait. Heu
dn̄s meus ꝛ deus meus erat quē pilatus
per inuidiā traditū ꝯdemnauit. ꝛ crucifi/
gi p̄cepit. Tunc ille nimis dolens ait. Ve
hemēter doleo. qꝛ qd̄ mihi dn̄s meus iuſſe
rat explere non valeo. Cui veronica. Dn̄s
meus cū predicando circūiret: ꝛ ego eius
p̄ntia nimis inuite carerē volui mihi ip̄i⁹
depingi imaginē. vt dum eius priuarer p̄/
ſentia mihi ſaltē preſtaret ſolatiū imagi/
nis ſue figura. Cumq̄ lintheū pictori de/
ferrē pingendū dn̄s mihi obuiauit. ꝛ quo
tenderē requiſiuit. cui cū vie cauſam ape/
ruiſſem. a me petijt pannū. ꝛ ip̄m mihi ve
nerabili ſua facie reddidit inſignitū Ima
ginis ergo huius aſpectū ſi dn̄s tuus de/
uote intuebit᷑. ꝯtinuo ſanitatꝭ bn̄ficio potie
tur. Cui ille. Eſt ne huiuſmodi imago au
ro vel argento ꝯparabilis. Cui illa. Non.
ſed pio affectu deuotiōis. Tecū igit᷑ profi/
ciſcar. ꝛ videndā ceſari imaginē deferam.
ꝛ reuertar. Venit igit᷑ voluſianus cū vero
nica romā. dixitq̄ tiberio imperatori. Ie/
ſum a te diu deſideratū pilatus ꝛ iudei in/
iuſte morti tradiderūt. ꝛ per inuidiā cru/
cis patibulo affixerunt. Venit igitur ma/
trona quedā mecum ip̄ius ieſu imaginē
deferens. quā ſi deuote proſpexeris mox ſa
nitatis tue beneficiū obtinebis. Ceſar igit᷑
pannis ſericis viā ſterni fecit. ꝛ imaginē ſi
bi preſentari precepit. Qui mox vt eā fuit
intuit⁹ ſanitatē priſtinā eſt aſſecutus Pon
tius igit᷑ pilatus imperio ceſaris capitur ꝛ
romā perducit᷑. Audiēs ceſar pilatū adue
niſſe nimio furore ꝯtra eū repletus. eū ad
ſe adduci fecit. pilatus aūt tunicā dn̄i incō
ſutilē ſecū detulit quā indutā corā īperato
re portauit. Mox vt impator eū vidit: oēm
irā depoſuit. ꝛ ei ꝯtinuo aſſurrexit. nec ſibi
dure in aliq̄ loq̄ p̄ualuit ꝛ q̄ in ei⁹ abſentia
videbat᷑ tā terribilis ꝛ ferus. nūc in eius p̄
ſentia inuenit᷑ quodāmō māſuetus. Cum/
q̄ eū licēciaſſet mox ꝯ̄ eū terribiliter excā/
deſcit ſe miſerū clamans ꝙ ei furorē ſui pe/
ctoris minime oñdiſſet. Statiq̄ eū reuocari
fecit. iurans ꝛ ꝯteſtās ꝙ filius mortis eēt:
nec phas ſit eū viuere ſup terrā. Qui vt eū
vidit. ꝯtinuo eū ſalutauit. ꝛ oēm aī feroci/
tatē abiecit. Mirant᷑ oēs. mirabat᷑ ꝛ ip̄e
ꝙ ſic ꝯ̄ pilatū dū abeſſet excādeſceret ꝛ dū
p̄ns eſſet nil ei aſpere loqui poſſet. Tandē
diuino nutu vel forte alicui⁹ xp̄iani ſuaſu
ip̄m illa tunica expoliari fecit ꝛ ꝯ̄ eum p̄ſti
nā aī ferocitatē mox reſumpſit. Cūq̄ de h̄
impator plimū miraret᷑. dictū eſt ſibi ꝙ il/
la tunica fuiſſet dn̄i ieſu. Tunc imperator
ip̄m in carcerē recipi iuſſit donec ſapientū
ꝯſilio deliberaret q̄d de eo fieri oporteret.
Data eſt igit᷑ in pilatū ſn̄ia vt morte tur/
piſſima dānaret᷑. Audiēs h̄ pilat⁹ cultello
ꝓprio ſe necauit. ꝛ tali morte vitā finiuit. co
gnita ceſar morte pilati dixit: vere mortu⁹
ē morte turpiſſima. cui manus ꝓpria nō pe
percit. Mole igit᷑ ingēti alligat᷑. ꝛ ī tiberi
fluuiū imergit᷑. Sp̄us ꝟo maligni ꝛ ſordi/
di corpi maligno ꝛ ſordido ꝯgaudentes. ꝛ
nūc in aq̄s. nūc in aere rapiētes mirabileſ
inundatiōes in aq̄s mouebāt. ꝛ fulgura tē/
peſtates tonitrua ꝛ grādines ī aere terribi
liter generabāt. ita vt cūcti timore horribi
li tenerent᷑. Qua ꝓpter romani eū a tiberꝭ
fluuio extrahētes deriſiōis cā ip̄m vigennā
deportauer̄t. ꝛ rodano fluuio imerſer̄t. Vi
genna ei dr̄ q̄ſi via gehēne. qꝛ erat tc̄ locuſ
maledictiōis. vel potius dr̄ bienna eo ꝙ vt
dr̄ biennio ſit ꝯſtructa. Sꝫ ibi nequā ſp̄us
nō defuer̄t ibi dē eadē opantes Hoīes ḡ il
li tantā infeſtationē demonū n̄ ferētes vaſ
illud maledictiōis a ſe remouer̄t. ꝛ illud ſe
peliendū loſanne ciuitatꝭ territorio ꝯmiſe
rūt. Qui cū nimis p̄fatis infeſtatōibꝫ gra
uarent᷑. ip̄m a ſe remouer̄t ꝛ ī quodā puteo
montibꝫ circūſepto imerſerūt. vbi adhuc
relatione quorundā quedā diabolice ma/
chinationes ebullire videntur. Hucuſq̄
in predicta hyſtoria apocrifa legitur Que
vtrū recitanda ſit lectorꝫ iudicio relinquat᷑
Nota tamē ꝙ in hyſtoria ſtolaſtica legi
tur ꝙ pilatus a iudeis accuſatus eſt apud
tiberiū de violenta innocentū interfectiōe.
ꝛ qꝛ iudeis reclamātibꝫ imagines gentiliū
ī templo ponebat. ꝛ qꝛ pecuniā repoſitā in
corbonā ī ſuos redigerat vſus inde faciēs
aq̄ductū in domū ſuā. Et p his oībꝫ de/

poꝛtatus eſt lugdunū in exiliū vnde oꝛiun
dus fuerat. vt ibi in opprobriū gentis ſue
moreretur. potuit eē ſi tñ illa hyſtoꝛia ꝯtinet
veritatē. qꝛ ꝑmo iā edictū dederat vt lug/
dunū in exiliū depoꝛtaretur. ⁊ ꝙ ante reuer/
ſionē voluſiani ad imperatoꝛē ibi fuerit de
poꝛtatus. Sꝫ poſtmodū tiberius audiēs
qualiter xp̄m occidiſſet. ip̄m de exilio edu/
ci ⁊ ad ſe romā adduci fecit. Euſebi⁹ aūt ⁊
beda in ſuis cronicis nō dicunt ip̄m in exi
lium relegatū ſed tantū ꝙ in multas cala/
mitates incidēs ꝓpria manu ſe peremit.

De feſtiuitatib⁊ que occurrūt infra
tempus reconciliatiōis.

Dicto de feſtiuitatib⁹

que occurrunt infra tempus de
uiatiōis quod incepit ab adā ⁊
durauit vſqꝫ ad moyſen quod tempus re/
preſentat eccleſia a ſeptuageſima vſqꝫ ad
paſca. ſequitur videre de feſtiuitatib⁊ q̄ eue/
niunt infra tempus reconciliatiōis. quod
tempus repreſentat eccleſia a paſca vſqꝫ
ad octauā penthecoſtes.

LII A

De reſurrectiōe xp̄i.

Eſurrectio chꝛiſti ter

tia die a paſſiōe ip̄ius facta ē
Circa āt ip̄am reſurrectionē
dn̄icam ſeptē per oꝛdinē ſunt
ꝯſideranda. Primo qualiter verū ſit ꝙ tri
bus dieb⁊ ⁊ trib⁊ noctib⁊ in ſepulcro iacuit
⁊ ī tertia die reſurrexit. Scđo quare nō ſta
tim vt moꝛtu⁹ eſt reſurrexit. ſed vſqꝫ in diē
tertiū expectauit. Tertio qualiter reſurre
xit. Quarto quare reſurrectionē ſuam ac/
celerauit. nec vſqꝫ ad generalē reſurrectio
nē diſtulit. Quinto ꝓpter quid reſurrexit.
Sexto quotiēs apparuit reſurgēs. Septi/
mo qualiter ſanctos patres q̄ erant in lim/
bo inde eduxit ⁊ quid ibi egit Circa pri
mū notandū ꝙ xp̄s trib⁊ dieb⁊ ⁊ tribus no
ctib⁊ in ſepulcro fuiſſe dicitur. ſm aug⁹. per
ſinodochen. vt ꝑma dies accipiatur ſm par/
tem ſui poſtremā. ſcđa dies ſm ſe totā ⁊ in
tegrā. tertia ſm partē ſui primā. ⁊ ſic erūt
tres dies. Et quilibet hoꝛū dieꝝ ſuā noctē
habuit precedentē. Tunc ei ſm bedā mu/
tatus eſt oꝛdo ⁊ curſus dieꝝ ac noctiū. An
tea ei dies precedebāt. ⁊ noctes ſequebantur
poſt paſſionē aūt hic oꝛdo mutatus eſt ita
ꝙ noctes precedūt ⁊ dies ſequuntur. Et hoc
myſterio ꝯgruit qm̄ homo ꝑmo de die gra
tie cecidit in noctē culpe. per xp̄i aūt paſſio
nē ⁊ reſurrectionē de nocte culpe redijt ad
diē gratie. Circa ſcđm ſciendū eſt ꝙ cō/
ueniēs fuit vt nō ſtatim qñ moꝛtuus fuit
xp̄s reſurgeret. ſꝫ vſqꝫ ī diē tertiū expecta/
ret. ꝓpter quinqꝫ rōnes. Primo ꝓpter ſi
gnificationē vt ſcꝫ ex hoc ſignificaretur ꝙ lux
ſue moꝛtis curauit noſtrā duplā moꝛtē. ⁊
ideo vna die integra ⁊ duab⁊ noctib⁊ iacu/
it in ſepulcro. vt per diē intelligatur lux ſue
moꝛtis. per duas noctes nr̄a duplex moꝛs.
Et hanc rōem aſſignat gloſa ſup illud lu.
XXIIII Opoꝛtuit xp̄m pati. ⁊c. Scđo
ꝓpter probationē qꝛ ſicut in oꝛe duoꝛū vel
triū teſtiū ſtat om̄e verbū. ſic in trib⁊ dieb⁊
experitur quis om̄e factū. ⁊ ideo vt moꝛtē be
ne probaret ⁊ ſe probaſſe oñderet. trib⁊ die
bus iacere voluit in ſepulcro. Tertio ꝓ/
pter ſue poteſtatis oſtēſionē qꝛ ſi ſtatim re
ſurrexiſſet. nō videretur poteſtatē habere po/
nendi aīam ſuā ſicut reſurgēdi Et hec rō
videretur tangi. I. coꝛ. XV. ſup illo Quoniā
xp̄s moꝛtuus eſt. ⁊c. Ideo inquit de moꝛte
premittitur. vt ſicut vera moꝛs oſtenditur. ita
vera reſurrectio oſtendatur Quarto ꝓpter
reſtaurandoꝝ prefigurationē. Hanc rōē
aſſignat petrus rauen̄. dicens. Tres dies
voluit eſſe ſue ſepulture. q̄ in celo ſunt re/
ſtauraturus. q̄ in terra reparaturus. q̄ apō
inferos redēptur⁹. Quinto ꝓpter tripli
cis ſtatus iuſtoꝛū repreſentationē. Hanc
rōem aſſignat greg⁹. ſup ezech. dicēs. Sexta
feria xp̄s paſſus eſt. ſabbato quieuit in ſe/
pulchꝛo. dn̄ico aūt die reſurrexit a moꝛte.
Preſens aūt vita adhuc nobis ſexta feria
eſt. quia in anguſtijs ⁊ doloꝛibus crucia/
mur. Sed ſabbato quaſi in ſepulcro quie
ſcimus quia requiē anime poſt moꝛtē in/
uenimus. Dominico aūt die a conditione
octauo. cum coꝛpoꝛe a moꝛte reſurgimus ⁊
in gloꝛia anime etiā cum carne gaudem⁹.
Doloꝛ ergo nos in ſexta feria. requies in
ſeptima. ⁊ glīa excipit ī octaua. Hec greg⁹
Circa tertiū. ſ. q̄liter reſurrexit. Notādū
ꝙ ꝑmo ſurrexit potenter. qꝛ virtute ꝓpria